



1. De-us, De-us me-us, réspi-ce in me : † qua-re me de-
2 1 /



re-liquí- sti? * longe a sa-lú-te me-a verba de-lictó-rum



me-ó- rum. *Flexa* : ex ú-te-ro : †

2. Deus meus, clamábo per diem, et *non exáudies* : * et nocte, et non ad insipiéntiam **mihi**.

3. Tu autem in *sancto hábitas*, * laus **Israël**.

4. In te speravérunt *patres nostri* : * speravérunt, et liberásti **eos**.

5. Ad te clamavérunt, et *salvi facti sunt* : * in te speravérunt, et non sunt **confúsi**.

6. Ego autem sum vermis, et *non homo* : * oppróbrium hóminum, et abjéctio **plebis**.

7. Omnes vidéntes me, *derisérunt me* : * locúti sunt lábiis, et movérunt **caput**.

8. Sperávit in Dómino, *erípiat eum* : * salvum fáciat eum, quóniam vult **eum**.

9. Quóniam tu es, qui extraxísti *me de ventre* : * spes mea ab ubéribus matris **meae**.

10. In te proyéctus sum ex útero : † de ventre matris meae Deus *meus es tu*, * ne discésseris **a me** :

11. Quóniam tribulátio *próxima* est : * quóniam non est qui **adjuvet**.

12. Circumdedérunt me *vítuli multi* : * tauri pingues **obséderunt me**.

13. Aperuérunt super *me os suum*, * sicut leo rápiens et **rúgiens**.

14. Sicut *aqua effúsus sum* : * et dispérsa sunt ómnia ossa **mea**.

15. Factum est cor meum tamquam *cera liquéscens* * in médio ventris **mei**.

16. Aruit tamquam testa virtus mea, † et lingua mea adhaésit *fáucibus meis* : * et in púlverem mortis deduxísti me.

17. Quóniam circumdedérunt me *canes multi* : * concílium malignántium **obsédit me**.

18. Foderunt manus meas et *pedes meos* : * dinumeravérunt ómnia ossa **mea**.

19. Ipsi vero consíderavérunt et inspexérunt me : † divisérunt sibi *vestiménta mea*, * et super vestem meam miserunt **sortem**.

20. Tu autem, Dómine, ne elongáveris *auxílium tuum a me* : * ad defensiónem meam **cónspice**.

21. Erue a frámea, Deus, *ánimam meam* : * et de manu canis únicam **meam**.

22. Salva me ex *ore leónis* : * et a córnibus unicórnium **humilitátem meam**.

23. Narrábo nomen tuum *frátribus meis* : * in médio ecclésiae **laudábo te**.

24. Qui timébis Dóminum, *laudáte eum* : * univérsum semen Jacob, **glorificáte eum**.

25. Tímeat eum omne *semen Israël* : * quóniam non sprevit, neque despéxit deprecatióem **páuperis**.

26. Nec avértit *fáciem suam a me* : * et cum clamárem ad eum, **exaudívit me**.

27. Apud te laus mea in ecclésia **magna** : * vota mea reddam in conspéctu timéntium **eum**.

28. Edent páuperes, et saturabúntur : † et laudábunt Dóminum, qui *requírunt eum* : * vivent corda eórum in saéculum **saéculi**.

29. Reminiscéntur et converténtur *ad Dóminum* * univérsi fines **terrae**.

30. Et adorábunt in conspéctu *ejus* * univérsae famíliae **géntium**.

31. Quóniam *Dómini est regnum* : * et ipse dominábitur **géntium**.

32. Manducavérunt et adoravérunt omnes *pingues terrae* : * in conspéctu ejus cadent omnes qui descéndunt in **terram**.

33. Et ánima mea *illi vivet* : * et semen meum sérviet **ipsi**.

34. Annuntiábitur Dómino generátio ventúra : † et annuntiábunt caeli justítiam ejus pópulo *qui nascétur*, * quem fecit **Dóminus**.